e-codices

hec itaq; diligendos
ee decernit, ut pro ipsis
dõ semp censeat sup
plicandum. XXXIII

Cum quisquis igitur
hoc euangelice pfec
tionis culmen ascende
rit iste profecto supra
omnem legem ita tanta
rũ uirtutũ meritis
sublimatur. & uniuer
sa que p moysen precep
ta sunt. quasi parua
despiciens. ita tantum
sub gratia saluatoris
se ee cognoscit. cuius
adiutorio se ad illum
sublimissimũ statum
intellegit puenisse.
Non ergo dominatur
in eo peccatum. quia
caritas que diffusa ẽ
in cordib; nris. p spm
scm qui datus ẽ nobis.
omnem alterius cuius
q; rei excludit affectũ.
nec potest aut uetita
concupiscere. aut im
perata contemnere.
cuius totum studium
totumq; desiderium.
diuino amori semp in
tentũ. usque adeo uiliũ
rerum oblectatione
non capitur. ut etiam
hisq́ue concessa sunt non
utatur. In lege enĩ in
qua coniugiorũ iura
seruantur. quãuis co
hibita luxorie euaga
tio. uni tamen femine
mancipetur. tamen
nequaquã possunt car
nalis concupiscentię
aculei non urgere. et
difficile ẽ. ut ignis cui
etiam studiose pabu
la suggeruntur. ita
prefixis terminis in
cludatur. ut non etiã
extra euagatus ambu
rat quidquid adtige
rit. cui etiã si succilla
tio semp occurrat ob
iectio. ut exęstuare ex
trinsecus non sinatur.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 575, p. p.%2078 – Johannes Cassianus, Collationes patrum XVII-XXIV (http://www.e-codices.ch/en/csg/0575/p.%2078)